



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Qui compleat promissa dies; patet ecce sepulchrū
Deseruit vacuum victa quod morte resurgens.

C A P V T X I I I .

TAliter excelsus iusso sermone minister
Sparsurus mundo vitalis dona triumphi,
Has primum gaudere dedit; luctuq; leuauit.
Hinc læto impavidæ discedunt pectore matres
Credula conceptæ seruantes corda saluti.

Quā mediū sese Christus gradientibus offert
Agnosciq; iubet, blando & sermone salutans
Ite(ait)& nostris hæc iam mandata referte
Discipulis, vt vel tandem me vivere credant.
Mox ille amplexis defigunt oscula plantis,
Atq; ad discipulos alaci cum mente recurront,
Doctoresq; docent; & quæ spargenda per orbē
Primum fœmineis iussi sunt discere verbis
Discipuli; tanta est muliebris gratia sexus.
Communis virtus igitur cōmune periculum
Matribus atq; viris; nulla est distantia cuiq;
Si mens recta subest, si gratia constet vtrisq;
Vitaq; si iusto insudat studiofa labori.
Nam quid dona iuant hominē, si mente soluta
Turpia collatum male perdunt ocia munus?

Matth. 28.

k 4 Auxiliū

Auxilium conatus amat, Quis namque vacantem
Adiuuat; aut somno virtutem iungat inertis?

C A P V T X I I I I .

Luc*e.19.*

Coelestis vult œconomus concredita seruis.
Crescere dona suis, quodā abscedere terra
Dum parat; & carnē peregrino immittere cœlo:
Mnas bisquinque prout cuiuscep industria solers
Exigeret, famulis partiri cœpit; ibi vnam
Quinque, duas alius, sed tertius vnam
Reddendas multo cum fœnore quisque recepit.
Hæc ita partitus mox seruis talibus infit.
Thesauros geminate meos, vt fœnore multo
Quum primū fuero patria de sede reuersus,
Auctos inueniam; & meritis sua præmia reddā.
Dixit, & abscedens cœlestia regna petiuit.
Mnas autem quas ille dedit, diuersa parentis
Munera cœlestis sunt hæc, quæ pneumatice misso
Christicolis sacro infudit baptisme tinctis;
Naturæque etiam vel corporis, exteraque illa
Quæ bona fortunæ falso appellare solemus:
Qualia diuinitæ, valitudo corporis, ipsum
Robur, & ingenij quam fœlicissima prompti
Dexteritas, vario quæ nostra industria pacto
Dispensare